

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas complectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

**Jahr:** 1741

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN369546628

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369546628>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

**LOG Id:** LOG\_0128

**LOG Titel:** Caput Duodecimum. Camirium. Camiri. - XII. Hooftstuk. De Camiri-Boom

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN369544501

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

in crassas candelas spithamam circiter longas, quas *Nipa* foliis obvolvunt, ita ut Batavicam referant Dammaram, excepto quod minores sint: Continuam atque aequalem dant flammarum, nullum vero strepitum, meliusque ignem fovent quam Amboinenes: Manadenses hanc liquefaciunt Dammaram supra ignem, inque tenues effundunt arundines Bambu, quas accendunt uti apud nos candelas. Per totam porro Celebem usurpatum ad omnium armorum manubria firmanda, uti supra cap. 7. de *Canario Decumano* fuit dictum.

In Manado incrustant terrea vasa, patinas, ollas cum hac contrita, ac superne illinita, uti Amboinenes illud cum sua perficiunt. Hac quoque obducunt ligneas vaginas telorum suorum & armorum *Krisse* dictorum, qua illas glabras ac splendentes reddunt, lignique nodi inserviunt ad manubria illorum *Krisse*, truncu vero lignum non est durabile, nec operi mechanico utile est.

Ulteriore disquisitione forte constabit, Dammaram Batu in Borneo crescentem, multo magis cum hac Celebica convenire quam cum praecedente Amboinenes: Corneum amittit colorem, si diu coquatur, atque albescit.

## CAPUT DUODECIMUM.

### *Camirium. Camiri.*

**C**amirium est arbor crassa, sed non alta, quum ejus truncus mox in ramos fese dividat, qui corticem gerit glabrum, cinereum, multisque punctis hinc inde notatum, fragilem, ac succosum. Folia duplum habent formam, in junioribus enim ramis multo sunt majora, triangula, inque tres acutos apices divisa, ferre instar *Hederæ*, sed multo majora, plerumque sex pollices longa & lata, aliquando etiam decem & undecim pollices: Tres gerunt ac quædam quinque magnos nervos, qui ad pedunculum concurrunt, qui septem & octo pollices longus est, rotundus, rugosus, acsi arena conspersus esset, vel etiam lanuginosus, uti & supremi rami, ac inferior foliorum pars. Prope foliorum ortum in ipsorum pediculis binæ locantur verruculæ, folia autem fine ordine arcte sibi junguntur circa ramos.

Alia ac maxime vulgaria folia in adultis arboribus ab inferiore parte latiflma sunt, sensimque acuminata desinunt, sed nullos habent angulos, excepto quod horum quædam ad oras sint sinuosa, octo novemque pollices longa, quinque vel sex lata, cum tribus ingentibus nervis ad petiolum concurrentibus, sed paucis constantia costis, superne obscure viridia, inferne ex viridi gilva.

Inter folia flores proveniunt brevibus, sed extensis racemis insidentes, tres quatuorve simul juncti, brevibus & herbaceis pedunculis suffulti. Flores hi referunt illos Gayang, sed sunt minores, ex quinque tenuibus & angulis petalis constantes, in quorum centro quædam brevia apparent stamina antheris luteis instructa, illi autem jucundum spirant odorem. Fructus ex ipsis non progerminant floribus, sed eo loci, ubi pedunculi floriferi concurrunt, simplices quoque plerumque proveniunt, aliquando gemini uno in pedunculo brevi, crasso, & lignoso juncti. Singulus iterum fructus duplex est, vel integer vel bifidus, integer formam & magnitudinem fere habet Nucis Juglandis, sed irregularis, & superius obtuso apice instructus. Bifidus formam habet scroti, in medio fulcatus, superius obtuse acuminatus, ex viridi cinereus, & quasi farina & arena conspersus: Exterius putamen simile est Juglandis, sed non ita colore suo manus inquinans, sub hoc reconditur nux in integro simplex, in bifido fructu duplex, singula vero obvolvitur tenui pellicula seu cellula, quæ ab una parte ingens habet foramen, per quod nux confaci potest, duplices autem vulgatissimæ sunt.

Nux ipsa formam habet rotundi Canarii, sed paulo magis est plana & lata, parum compressa, externe nigricans & rugosa. Putamen vero crassius & durius est quam in Canariis, quod non nisi fortius aperitur:

Ejus

de gedaante van een dikke keerze, omrent een span lank, diezen dan met bladeren van *Nipa* bewinden, datze de Batavische Dammar gelyken, behalven datze kleinder zyn: Zy branden gestadig zonder knerissen, en bouden 't vuur beter dan de Amboinsche. De Manaders smelten deze Dammar over 't vuur, en gieten in dunne Bamboezen, diezen dan branden, als kaarsen. Voorts wertze op heel Celebes gebruikt, om alderhande wapenen in haer steelen vast te maken, gelyk boven cap. 7. van het Canarium Decumanum gezegd is.

In Manado verglazenze ook de aarde potten, schootels, en bakken met deze gewrevene, en daar op gesmeerde Dammar, gelyk de Amboinezen met de baare doen. Zo bestrykenze ook de boute scheede van bare Kritzen daar mede, om dezelve glad en glimment te maken, en 't bout van de knoeften dient tot kritis-begten, maar dat van den stam is niet durabel, en dient tot geen timmerwerk.

By nader onderzoek zal men misschien bevinden, dat de Dammar Batu, op Borneo vallende, veel meer met deze Celebische Dammar zal over een komen, dan met de voorgaande Amboinsche. Zy verliestbare hoornverwige coleur, als menze lang kookt, en wert wit.

## XII. HOOFTSTUK.

### *De Camiri-Boom.*

**D**e Camiri-boom is wel dik, maar niet hoog van stam, die hem straks in takken verdeelt, met een effene licht-graauwe schorsse, hier en daar met eenige puntjes bespikkeld, bros, en zappig. De bladeren zyn van tweederlei gedaante, want aan de jonge takken zyn ze veel groter, driehoekig, of in drie spitzen verdeelt, bykans als die van Eyloof, maar veel groter, in 't gemeen zes duimen lank, en breed, somtyds ook tien en elf duimen. Zy hebben drie, en sommige ook vyf grote zenuwen, die by den steel zamenstooten. De steel is zeven a acht duimen lank, rond, ruig, als met zand bestrooit, of wolachtig, gelyk ook de voorste takken, en onderste zyde der bladeren. Aan de steelen by de bladeren ziet men twee roodachtige vratjes, en staan de bladeren zonder ordere digt agter malkander rondom de takken.

De andere en gemeenste bladeren aan de volwaeschene boomen zyn agter ook breedst, en loopen allensens spits toe, maar hebben geen boeken, behalven dat sommige aan de kanten een weinig bogtig vallen, acht en negen duimen lank, vyf en zes breed, met drie grote zenuwen agter t'zamen stootende, en voorts weinige ribben, boven donker-groen, en van onderen uit den groenen vaal.

Tusschen de bladeren komt 't bloeizel voort aan korte, doch uitgespreide trosjes, drie en vier bloempjes by malkander, op korte grasachtige steeltjes. De bloempjes gelyken 't bloeizel van Gayang wat, doch zyn kleinder, en uit vyf teere en smalle blaadjes bestaande, in welkers midden men eenige korte draatjes ziet met gele nopjes, die wat lieffelyk van reuk zyn. De vruchten komen uit de bloeme zelfs niet voort, maar aan die plaats, daar de bloemdragende steeltjes t'zamen stooten, zy komen ook gemeenelyk enkelt voort, somtyds twee by malkander gevoegd op een korte, dikke, boutachtige steel. Ieder vrucht is wederom tweederlei, of enkelt of dubbelt, de enkelde is in de gedaante en grootte bykans van een Walnoot, doch wat scheef, en na vooren met een stompe spits. De dubbelde heeft de gedaante van een klootsak, in de midden van agteren na vooren met een kloove, en een stompe spits uit den groenen-graauw, en als met meel en zant bestrooit. De buitenste bolster is gelyk aan de Wal-nooten, doch zo verwende niet: Daar onder leid een noot in de enkelde een, in de dubbelde twee, ieder besloten in een dun vleesken, of huisken, 't welk aan de eene zyde een groot gat heeft, waar door men de noot zien kan, en zyn de dubbelde de meeste.

De noot zelfs heeft de gedaante van een ronde Canaris, doch wat breder en platter, aan 't een einde wat zamen gedrukt, van buiten swartachtig en rimpelig. De schale is dikker en harder, dan aan de Canaris, die men niet dan





Ejus interior pars repleta est undique nucleo albo & pingui, substantia & sapore simili Nuci Juglandi, sed haec oleofior est magisque naufoosa: In maturo fructu putamen parum flavescit ac denuo nigrescit: Trunci lignum est album & inutile, in ramis fragile, medulla aquosa repletum, unde periculosum est ejus infistere ramis, quem facile rumpantur.

*Anni tempus.* Floret in Septembri, fructus vero dat in Octobri & Novembri, saepe etiam ejus rami ex inferiore trunci parte progerminant, majores vero rami non erecti excrescunt, sed incurvi, & late sepe extundunt.

*Nomen Latine Camirium.* Malaice *Camirin*, *Camiri*, & *Boa Cras*. Ternatenibus *Saketa*. Amboinice *Yaro Mabu*, h. e. *Canarium Javanum*, vel quia in Java plurimum crescat, vel quia a Javanis ejus usum ac nucleos primum accepert: Econtra Amboinenenses *Ricinum* vocant *Camirium*, quum ex ejus nucleo oleum quoque pingue exprimatur. In Boero *Sibu* & *Sibut*. Macassarenibus *Sapiri*. Boegensibus *Ampiri*. Bimensibus *Calleli*.

*Locus.* Plurimum crescit in Java & in Moluccis, praesertim in Batsjana & Mackiana: item in Bonoa & Buro, ut & in Celebes parte Occidentali Macassarenibus subdita. In Amboina & Banda quædam etiam hujus inveniuntur arbores, sed raræ, nec ita magnæ sunt quam alii in locis.

*Ufus.* Vulgatissimus usus apud Javanos & Macassarenes est candelas ex ejus nucleis formare, qui depurati contunduntur, ac commiscetur cum Gossypio vel Calappi putamine, quæ sibi invicem subiguntur, donec consistentiam crassioris febi habeat, dein bacilli fissarum arundinum Bambu, vel Leleba sumuntur, quibus obvolvitur haec pasta instar linamenti, quod manibus tractatur, donec crassit & speciem candelæ referat, quæ prope arundinem istam acceditur. Haec candelæ æqualiter ardent, sed citius consumuntur sebaceis, ingratumque spirant odorem, unde a primoribus non usurpantur, sed tantum a plebe. Bonoënses minorem inpendunt laborem, nucleosque modo fasciant veruculo ex Bambu confecto, quo illos perforant: Amboinenenses ex naturali pigritia illos non curant, sed quidam illos crudos comedunt, cum pauxillo piperis mixtos, sed non multi simul sunt edendi, eo quod inebrient.

Securissimum est, si totæ nuces in ictu projiciantur, ac tamdiu torreantur, donec putamen exteriorius deflagret, quod mox extinguitur, tostusque nucleus eximitur, qui ita comeditur, vel Sajoræ incoquitur loco Calappi medulla, cuius defectus hoc suppletur nucleo, ut & mulierculæ caput suum hocce lavant loco Calappi nuclei: Oleum excoqui etiam potest eodem modo, ac ex rapsata Calappi medulla, quod viles usurpant homines ad pisces fricandos, si vero sit vetustum, nulli infervit usui, nisi lampadibus illuminandis, quum crassum sit ac lente ardeat: Putamina adhiberi possunt ad carbones, uti Canarii putamina, quum sint pinguia, crassa, ac diu ignem foveant: Eadem quoque putamina *Cassomba* floribus miscentur, ut pinguis ac boni conserventur, ne nimis exsiccetur damno venditoris, licet emptoribus hoc obstat.

dan met een goeden slag open krygen kan: Het binnenste is digt uitgevult met een witte en vette heest, van substantie en smaak de Wal-nooten gelyk, doch wat olyachtiger en walgelyker: Aan de rype vrucht werd de bolster wat geel, en ten laatsten rookachtig. Het hout van de stam is wit en ondeugent, aan de takken bros, en niet een waterachtig hert, daarom het op deze takken zorgelyk te staan is, als kort afbrekende.

Saysoen. Het bloeft in September, de vrucht heeft men in October en November, men ziet somtyds ook de takken uit den ondersten stam uitspruiten, en de hoofd-takken gaan niet regt op, maar krom, en breiden zig ver uit.

Naam. *In't Latyn Camirium.* *In't Maleys Camirin*, *Camiri*, en *Boa Cras*: Op Ternaats Saketa: *Op Amboins Yaro Mahu*, dat is *Canarium Javanum*, ofte om datze op Java meest valt, of om datze van de Javanen het gebruik en korrels eerst ontfangen hebben: daar en tegen noemen de Amboinezen den *Ricinus Camirium*, om dat quansuis uit deszelfs korls ook een vette Oly geperst werd. *Op Buro Sibu en Sibut:* *Op Macassar Sapiri*, *op Boegis Ampiri*, *op Bima Calleli*.

Plaats. Hy waft meeft op Java, en in de Moluccos, inzonderheid op Batsjan en Mackjan. Als mede op Bonoa, en Buro, en op Celebes Westerdeel, onder de Macassaren staande. In Amboina en Banda zynder ook eenige, doch niet veel, en werden zo groot niet als op andere plaatzen.

Gebruik. *Het gemeenste gebruik by de Javanen*, en Macassaren is kaarsen daar uit te maken, want men stampft de schoongemaakte korrels, mengt dezelve met een weinig kattoen, ofte Calappus-bolster te deegen door malander kneedende, tot de consistentie van dik ongel, daar na neemt men de stokjes van gespleete Bamboezzen, of Leleba, en rold dezen deeg daar om, als om een Lemmet, met de banden tot de dikte en forme van een kaarze, die men by dat rietken aansteekt. Deze kaarzen branden wel gestadig, maar consumeeren haastiger dan de ongel-kaarsen, geven ook een onlieflyken reuk van haer, daaromze by groote Heeren niet gebruikt werden, maar alleen by slechte lieden. De Bonoërs doender minder moeite aan, rygende slechts de binnenste korrels aan een speetje van Bamboezzen gemaakt, en steeken ze aan. De Amboinezen uit aangebooren traagheid, maken der geen werk af, behalven datze zommige rauw eeten, met een weinig peper gemengt, doch men moet 'er niet veel van eeten, want zy maken dronken:

't Zeekerste is, dat men de nooten eerst in't vuur smyte, en zo lang brade, tot dat de buitenste schaal in de brant raakt, die men terstond wederom uitbluft, en de gebraden heest wederom daar uitneemt, die men dan zo uit de hant eet, of met ander Sajor kookt, in plaats van Calappus-pit, welkers gebrek men door deze korrels vervult, gelyk ook de Vrouwen't hooft met dezelve wassen, in plaats van Calappus-pit. Men kan der ook een Oly van koken op dezelfde manier, als uit de geraspte Calappus-pit, het welk de slechte lieden gebruiken, om Vis daar in te branden, maar wat oud zynde, is 't nergens toe bequaam, dan tot branden in de lamp, want het dik is, en langzaam brand. De schaalen kan men gebruiken om koolen daar van te maken, gelyk de Canary-schaalen, want zy zyn vet, dik, en houden 't vuur lange. Dezelfde schalen werden ook onder de Cassomba-bloemen gemengt om dezelve vet in goet te behouden, en op datze niet te zeer op en droogen, tot schade van de verkooper, hoewel de koopers daar tegen aanzien.

## EXPLICATIO

### Tabula Quinquagesima Octava,

Quæ ramum exhibit *Camirii*.

A. Fructum geminum.

B. Ejus nucleum denotat.

## OBSERVATIO.

*Camirium* a Valent. pag. 213. describitur, sed ejus figura No. XL. proposita penitus diversa est ab illa *Rumphii*, quæ alioquin in omnibus partibus & speciebus cum *Rumphianis* respondent. Nec dubito, quin *Valentinus* figuræ suas ex *Rumphianis* compofuerit, vel faltem ab hujus pictoribus forte donec accepit, licet nullam hujus rei in præfatione sua faciat mentionem.

CAPUT

## UYTEGGING

*Van de acht-en-vyftigste Plaat,*

Dewelke vertoont een Tak van de *Camiri-Boom*.

A. Verbeelt een dubbelde vrucht.

B. De binnenste korrel.

## AANMERKINGE.

De *Camiri-Boom* wert by Valent. p. 213. mede beschreven, doch deszelfs figuur onder No. XL. verbeeldt verschilt geheel van die van *Rumphius*, die anders in al hun deelen en gedaante met elkander overeenkommen: En ik twyffele niet, ofte *Valentyn* heeft zyn figuren uit die van *Rumphius* ontleent, of door de Teekenaars ontfangen, schoon hy daar van in zyn Voorreden geen gewag maakt.

Z. 3

XII.